

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Illustrissimo principi & domino, domino Ioanni Friderico, Stettini &  
Pomeraniae duci,&c. Rugiae principi, & domino Caycorum,&c. domino suo  
clementissimo S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

mō reuerenter me & hēc nostra studia literarum  
 R. M. V. commendo. Num cūm imperia ad agnitionem  
 Dei illustrandam referenda sint: certe inter  
 munera regia est, doctrinæ studiosos tueri, e-  
 tīq; benefacere. Deus æternus pater Domini nostri  
 Iesu Christi, gubernet & seruet R. M. V. incolūmē,  
 ac florēt. Date 13 die Februarij: quo ante annos  
 1705 Machabæus magno prelio uicit Nicanorem,  
 qui templo Dei excidium minatus fuerat. Ut igitur  
 tunc mirabiliter defendit Ecclesiam suam Deus æ-  
 ternus pater Domini nostri Iesu Christi, ita & nūc  
 reliquias suas ut protegat oremus. 1538.

c. II, 199.

Illusterrimo Principi & domino, domi-  
 no Ioanni Friderico, Stettini & Pomera-  
 niæ duci, &c. Rugiæ principi, & domi-  
 no Caycorum, &c. domino suo cle-  
 mentissimo S. D,

Illusterrime Princeps: Non dubito celsitudinem  
 tuam in his serijs multa cogitasse de mirando foede-  
 re, quod fecit Deus in genere humano, cū filiū rōv  
 ἀδόνων misit, ut massam generis nostri indueret.  
 Sunt omnino signa prouidentiae diuinæ multa: sed  
 nullum est illustrius testimonium amoris diuini er-  
 ga nos, hac miranda copulatione diuinæ & huma-  
 nae naturæ: ac necessariū officium est de causis piè  
 & reuerenter cogitare, de quibus non dubito te au-  
 dire

dire p̄eceptoris cōmonefactiones, sumptas ex ueris doctrinæ diuinæ fontibus. Mitto tamen & ego pagellas eadem de re scriptas. Et quia recte insitum est, ut annum inchoemus ab hac cōmemoratio ne precipui operis diuini: nos quoq; cogitantes de hoc testimonio diuini amoris erga nos, ipsum filium Dei custodē Ecclesiæ precemur, ut faciat, ut sit felix anni curriculum nobis omnibus. Oro igitur ipsum, ut et hoc anno Celsitudinem tuā & illustrissimos parentes, fratres & sorores seruet incolumes. Munus etiā tuū fuit eo mihi gratius, quia in anni initio exhibitiū est: sed symbolo significari noua certamina iudico, in quib; nobis opus erit illa anguis circūfsectione, de qua loquitur filius Dei, cū iubet prudentiam serpentum in tegendo capite imitari. De studijs, ea quæ nuper ad te scripti, iudicio p̄eceptoris permitto. Sed hortari tamen non desinam, ut ad lectionē doctrinæ diuinæ adiungas historias: quod & auus tuus maternus faciebat. Et fuerunt apud Palatinum Philippum, abauum tuum, principem sapientia & virtute excellentem, eodem tempore uiri docti in lingua Latina, Græca, & in doctrinis que utraq; lingua traditæ sunt, Rodolfus Agricola, Ioannes Capnio: & episcopus Vangionū, uir nobilis, cancellarius, Ioannes Dalburgius. Hos cum sepe audiret Princeps ordine recitantes seriem regnorum Chaldaeorum, Persarum, Græcorum et Romanorum

manorum res gestas et tempora distribuentes; petiuit sibi ab eis componi Epitomen Monarchiarum, et Mundi historiam ordine distribui. Id opus ex Grecis et Latinis scriptoribus collectum, gratissimum fuit ab aucto tuo. Simile opus in Chronico Cationis institutum est: sed uellem Cartionis libellum aliquanto locupletiorem esse. Id fieri a preceptore tuo optimè posset, aut certe a Iacobo Rungio, cuius oratio refert elegantiam et nitorem Iulij Cesaris. Bene et feliciter uale, illustrissime Princeps. Calendis Ianuarij, Anno 1555.

Francisco Vinariensi, Philippus Me-  
lanchthon S. D.

I, 121.

Iucundissima mihi fuit significatio gratitudinis tuæ, quam in proximis literis ad me scripsisti. Etsi enim mea erga te officia minora sunt mea uolunta- te (nam et amo ingenium tuum, et ornare semper studio) tamen hunc animum tibi probari gaudeo. Ac cætera quidem beneficia leuis et usulgaria fuerunt: sed si sermonum, consiliorum et sententia communicationem de rebus maximis, de religionibus, Rebus publicis, denique de omnibus uita officijs magni aestimas, fateor me tuo iudicio electari. Nam et significatio fuit amoris summi ac ueritatis, consuetudo illa. Et existimo te ex ijs sermonibus et actionibus, cum intentionis uitæ meæ totius et negotio rum